

cunq̄ue eorum praemori aut de hac vita citius tolli deo sic volente contigerit, eius anniversarius in vigiliis et missa defunctorum in ipsa Misnensi ecclesia perpetue peragatur, et in eius anniversario una sexagena dictorum grossorum, quadraginta videlicet grossos canonicis et viginti vicariis in choro praesentibus ut moris est ministrantur. Reliquo vero superstite ex dictis coniugibus postmodum etiam naturae debitum persolvente, suus similiter anniversarius in vigiliis et missa defunctorum peragi et reliqua sexagena dictorum grossorum in suo anniversario debet perpetue, sicut de alio praemortuo dictum est, ministrari. Quare nobis dictus Henczlinus humiliter supplicavit, quatenus bona suprascripta praefatae Misnensi ecclesiae appropriare dignemur. Nos igitur Meynherus et Bertoldus burgravi Misnenses praedicti tam pium et laudabile propositum pio moti affectu prosequi nosque exinde bonorum omnium, quae in dicta aguntur ecclesia, participes facere cupientes bona suprascripta omnia et singula ecclesiae Misnensi praedictae per decanum et capitulum ipsius proprietatis titulo perpetuis temporibus possidenda eo iure, fructu, utilitate et honore, quibus ipsa praedictus Eckilmannus habuit, tenuit et possedit, recepta tamen prius resignatione libera eorundem per dictum Eckilmannum in manibus nostris facta, appropriavimus, donavimus et praesentibus appropriamus, donamus, annectimus et unimus, nihil nobis ac posteris nostris et heredibus iuris in praedictis bonis seu aliqua eorum parte quomodolibet reservantes. In quorum omnium testimonium sigilla nostra praesentibus duximus appendenda, praesentibus strenuis viris nostris dilectis Johanne de Milticz milite seniore, Hugone de Tubinheim, Elkinbrechto de Bôr et Johanne dicto Heynricho nostro advocato, necnon discretis dominis Fridehelmo de Mûlberg et Hermanno de Nova Civitate perpetuis vicariis ecclesiae Misnensis praedictae, testibus ad praemissa. Actum et datum Misnae anno domini M^o.CCC^o.LVI^o. feria quarta proxima post dominicam qua cantatur Oculi mei semper ad dominum.

Nach dem Orig. im Stiftsarchiv zu Meissen mit den Siegeln des Burggrafen an Pergamentstreifen.

No. 490. 1356. 30. März.

Meinher V. und Bertold Burggrafen zu Meissen eignen der Domkirche Geldzinsen von einem 2 $\frac{1}{2}$ Hufengut in Gospoditz zu Begehung des Jahrgedächtnisses ihres Oheims des Burggr. Meinher III. und bestimmen, dass der Capellan der Aegidiencapelle 6 Pfund Wachs jährlich liefern soll.

In nomine domini amen. Nos Meynherus et Bertoldus dei gratia burgravi¹⁾ sacri imperii in Misna et comites in Hartynsteyn²⁾ ad perpetuam rei memoriam. Digne agere credimus, si beneficentiae nostrae manum porrigimus in iis, in quibus animarum salus acquiritur et cultus divini nominis ampliatur. Ea propter tam praesentibus quam futurae posteritatis hominibus, praesertim iis ad quorum notitiam praesentes nostrae litterae pervenerint et quibus nosse oportunum fuerit, volumus esse notum, quod in remedium animae patris nostri Meynheri pia recordationis olim burgravi¹⁾ Misnensis duos mansos terrae arabilis cum dimidio manso³⁾ sitos in pagis

1) burgravi B. 2) Hartinsteyn B. 3) cum dimidio manso fehlt in B.